



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

VI. Der Probst zu Gramzow und der Prior zu St. Jacob in Stettin stiften einen Vergleich zwischen dem Convente zu Gobelenhagen und dem Priester Heinrich, Vicar zu Belkow, am 26. Januar 1295.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

V. Erzbischof Erich von Magdeburg ertheilt denjenigen einen Ablassbrief, welche das Kloster Zehnten unterstutzen, am 22. September 1289.

Ericus, Dei gratia Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens Scriptum peruenerit, salutem in eo, qui est omnium uera salus. Cupientes fideles Christi ad opera pietatis speciali gratiarum premio inuitare, De omnipotentis Dei misericordia ac sue matris Marie virginis gloriose nec non beatorum Petri et Pauli Apostolorum ac Sancti Mauricii Patroni nostri meritis et auctoritate ac nostra confisi, omnibus benefactoribus confessis et contritis, qui cenobio Dominarum in Cedenik Cistertiensis ordinis Brandenburgensis diocesis in honorem beate Marie virginis ac Sancti Georgii martiris constructum, quod tanta inopia oppressum cognouimus, quod eidem proprie non suppetunt facultates, manum porrexerint ad iutricem et Dominicum locum in festiuitatibus cum deuotione uisitauerint, quadraginta dies et Karenam consensu dyocesarum accedente de injunctis sibi penitentis misericorditer in Domino relaxauimus. In cuius rei testimonium presens scriptum duximus sigillandum. Datum Magdeburg, Anno Domini M^o CC^o LXXXIX^o, in die S. Mauricii ac sociorum eius.

Nach einer vom Original genommenen Abschrift in Beckmann's Sammlung.

VI. Der Propst zu Gramzow und der Prior zu St. Jacob in Stettin stiften einen Vergleich zwischen dem Conuente zu Gobelenhagen und dem Priester Heinrich, Vicar zu Belfow, am 26. Januar 1295.

Vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum uisuris Th., Dei gratia prepositus Granowensis, et Albertus, Prior sancti Jacobi in Stetyn, cum deuotis orationibus presentis uite gaudia pariter et future. Omnium habere memoriam de singulis non est humani intellectus sed potius diuini. Expediit ergo, ut ea, que memoriam hominum excedere possunt, scriptis et literarum testimonio roborare. Proinde uolumus esse notum, quod Wilhelmus, prior, pro suo conuentu in Gobelenhagen ex vna et Henricus, Sacerdos, vicarius ville Bellecowe, parte ex altera Stetyn in nostra presentia constituti hanc compositionem de dissensione, que inter eos vertebatur, sub hac forma nobis mediantibus inierunt, uidelicet quod predictus dominus Henricus residebit in ipsa vicaria ville Bellecowe usque ad festum purificationis sancte Marie virginis proxime nunc future ad annum et soluet II choros filiginis et II choros auene soluet in ciuitate Dampe fratribus memoratis, et insuper mansos dotis vna cum area et edificiis spectantibus ad ipsam omni cessante impedimento pariter cum seminibus, prout ipse inuenit, libere resignabit, et si ultra hec dotem cum attinentiis suis emendauerit, sibi dabitur ex integro, prout probi homines secundum consuetudinem terre poterunt aprobare, prouiso nichilominus, quod medio tempore sepedicti fratres de Gobelenhagen de amminiculo amicorum suorum prefato Hinrico prouidebunt in alia vicaria licet non perpetuo, si eundem duxerint amouendum. In cuius rei testimonium presentem paginam nostris sigillis fecimus communire, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina hec sunt: Conradus et Gode-

schalcus, ordinis sancti Benedicti sacerdos, Johannes sacerdos dictus de Doseborch, Joannes, rector ecclesie in Staffelde, Cefarius, Burgenfis ciuitatis Stetyn, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Stetyn, anno domini M^o CC^o XC^o V^o, in craftino conuersionis sancti Pauli Apostoli.

Nach einer vom Original genommenen Abschrift in Beckmann's Sammlung.

VII. Die Markgrafen Otto und Woldemar verleißen dem Städtchen Pothlow Marktigerechtigkeit, am 25. August 1305.

Nos Otto et Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenses et de Landsberg Marchiones, recognoscimus et ad uniuersorum noticiam tenore presentium volumus pervenire, quod nostro bone voluntatis arbitrio dedimus atque indulimus incolis seu inhabitatoribus opidi pozlawe, quod ibidem forum habere debebunt in perpetuum ac poterunt, quemadmodum in aliis nostris ciuitatibus est consuetum, et hoc admitemus ob favorem, quem habemus ad fidelem nostrum militem Bertramum de Beentz, et ob restaurationem debitorum, videlicet centum Marcarum, quas eidem ex causa rationabili tenebamur. Predicta autem debita nempe, que acceperamus, ut forum in predicto opido ac ciuitate haberet, nobis penitus relaxavit. Ut autem prescripta inuolabiter obseruentur, presentes litteras super eo dedimus, nostrorum sigillorum robore communitas, presentibus testibus ydoneis, videlicet nostris fidelibus Henrico de Stegheliz, nostre Curie dapi-fero, Johanne de Blanckenburg et Siegfrido Smuck, Militibus, ac aliis quampluribus fide dignis. Actum et Datum Werbelyn, Anno Domini M^o CCC^o V^o, In craftino beati Bartholomei apostoli, per manum Everhardi, nostre Curie Notarii.

Nach einer vom Original genommenen Abschrift in Beckmann's Sammlung.

VIII. Propst, Prior und Conuent des Klosters Gramzow überlassen dem Städtchen Gramzow die Zollhebung, behalten sich aber das Stättegeld vor, am 17. September 1305.

Allen Christenluden, die dessen Breff seer werdenn, Tidericufs, von gades gnaden prawest, Nicolaus, prior, vnd die gantze Conuent der kercken to Gramptzow, Vnse gebett In Christo. De gesehen mochten, vollen vth der lude dechniffen, weret, Dat sie nicht mit tuge eder met schriftten wordenn gefestet. Hir vme scholen weten alle lude, beide Jegenverdigen vnd tokamenden, Dat die twidracht, die dar wafs twischen vns van der einenn fide, Vnd vnse gemeyne borger vnser Stadt Gramptzow van der andern fiede, de vpgeftan wafs vimme boscheidinge vnd holte vnd weide vnd ander frucht vnd nutticheit, die binnen de scheidung vnd holte